27 de Julio de 1676.

Sala 1. Leg. 293-77

1

S.ta Coloma de Farnes.

Posesion de los Lugares de Castañet, y de la Esparra tomada en nre. del Egregio S. D.r Ant.o de Pera pertusa, y Vila de many, Vizconde de Joch.

20

Possessio del lloch de Castanyet

1676 In Dei Nomine &. Cum nobilis dona dompna Maria Ferrer et Bastla vidua relicta et hypotecaria universalis hereditatis et bonorum quae fuerunt nobilis domini don Hieronimi ferrer quondam tenendo populati ac tutrix et Curatrix filiorum et heredum dicti quondam nobilis don Hieronimi ferrer, ultimi possessoris locorum terminorum et Jurisdictionum Civilis et Criminalis meri et mixti Imperii alte et baxie Jurisdictionis de Castanyet et de la Esparra dicti tenendi, Instrumento Concordiae Jter inter eos ex una et Egregium dominum dompnum Antonium de Peraportusa vila de many y de Cruilles vice Comitem de Joch Barcinone Populatum partibus ex altera facto et firmato penes D. Baltazarem oriol, et marcer Regium Scribam Notarii Mandati et franciscum Cortet et Soler ferran auctoritatibus Apostolica et Regia notariis publicis Barcinone die & Simul et Semel stipulantes et insolidum Claudentes Interalia in dicto Instro Concordiae Convenerunt, desisterunt a possessione et Jurisdictione dictorum locorum de Castanyet et de la Esparra In favorem dicti Egregii domini vice Comitis de Joch, tanquam legitimi veri et naturalis domini et Baroni dictorum locorum terminorum et Jurisdictionum &. Dictus Egregius dominus dompnus Antonius de Peraportusa vila de many et de Cruilles, seu verius Dominus Petrus Collell notarius Regius Collegiatus Barcinone eius procurator Illius pro ut de dicta sua potestate Constat publico Instro recepto penes dictum franciscum Cortet, et Soler ferran notarii die dessima septima Instantium mensis et anni de dictis locis terminis et Jurisdictionibus possessionem Capere desiderert, Pro tanto die vigesima septima mensis Julij anno a Nativitate domini millessimo sexcentesimo septuagesimo sexto In mea Jacobi Nespla notarii Infrascripti et testium vz Salvij negra negotiatoris ville Sancte Columbe de farnes, et Baltmary Suros Junioris laboratoris loci de Castanyet, ad hoc vocatorum presentia &. Convocata et Congregata universitas hominum et singularum personarum dicti loci de Castanyet de mandato honorabilis Bajuli Infrascripti, tono Simbalorum prius emisso In plateia publica dicti loci, ubi est solitum est Convocari et Congregari In qua quidem Convocatione et Congregatione Convene-

runt ~~Michael Albo operarius~~ et presentes fuerunt, Fran-
ciscus Frader Bajulus, Michael Albo operarius, Josephus Tauerner
Antonius Prats y Carbonell, Josephus Suros, Gaspar Rossell, Pe-
trus Fradera, Isidorus Carrera dolmarius Euban omnes agri
proprietarii, Josephus Euban Socerius de la Casa petita den prats,
et Salvator Euban Socerius de la masia voiara del graner
que est dicti Michaelis Albo tanquam Major et Sanior
pars, et plus quam due partes hominum dicte universitatis
eamque facientes, et Constitutus Ibidem personaliter dictus
Petrus Collell dicto procuratorio nomine Iniunxit precepit
atque mandavit dicte universitati, et Singularibus pre-
dictis quatenus Ipsum dicto nomine corporalem realem et
actualem possessionem dicti loci et termini ac Iurisdictionis
Civilis et Criminalis alte et baxie, ac meri et mixti Impe-
rii, ac decime Iuriumque et pertinentiarum Illorum
ponerent et Inducerent, Sacramentaque et homagia fide-
litatis Sibi dicto nomine prestarent dictumque Egregium
dominum vice Comitem de Joch et non alium pro vero
domino et Barono eorundem loci et termini ac Iurisdictionis
et decime Iuriumque et pertinentiarum Illorum acceptarent
et ac(?)etero haberent tractarent et reputarent Sibique
et non alio nec aliis de Illorum fructibus, redditibus et Iuribus
prout dicto nobili domino dompno Mario Ferrer et Baille
dicto nomine Serviverius dominis et Baronis dicti loci et termini
Solvere et respondere Solebant Solverent atque respon-
derent, aliaque facerent que et prout per Ipsos cum
dictis dominis et Baronis predecessoribus Suis Solitum fuit
fieri; Sub Comminatione quod alias dicto nomine et propria
auctoritate dictam possessionem prehendet et retinebit &. Et
Statim dicta universitas et Singulares persone predictis
respondentes per organum dicti Michaelis Albo opera-
rii dixerunt Se esse prestos et paratos predictam possessio-
nem tradere et liberare, Sacramentaque et omagia
dicto Petro Collell dicto nomine prestare dictumque Egre-
gium dominum dompnum Antonium de Paraportusa
sla de Many et de Cruilles vice Comitem de Joch, et non
alium pro vero domino et Barono acceptare, et ac(?)etero
reputare, ac de fructibus, redditibus, et Iuribus dicti loci
et termini et decime respondere prout dicto nobili
domino dompno Mario Ferrer et Baille dicto nomine—

GOBIERNO DE ARAGON

ac dominis et baronis dicti loci et termini respondere solebant, aliaque facere prout et quemadmodum cum dictis dominis et Baronis prædecessoribus suis fieri solitum erat, quibus sequutis et pro illorum effectu et complemento, incontinenti dictus Petrus Collell dicto nomine sedit in quadam Catedra quæ ibi ad hunc effectum erat parata et franciscus Vrader bajulus dicti loci et termini baculo et insignia bajuli dimissis, Michael Albo operarius et sic ceteri unus post alium successive tactis per prius per ipsos ac scriptis Sacrosanctis ad Sancta Dei quatuor Evangelia manibus eorum respective corporaliter tactis in manu et posse mei dicti et infrascripti notarii, sibique dicto Petro Collell dicto nomine præstiterunt Sacramentum et homagium ore, et manibus commendatum juxta usaticos barchinone Constitutiones Generales Cathaloniæ et alia jura patriæ eumque nomine dicti principalis sui in verum et legitimum dominum et Baronum receperunt et acceptarunt et alium dominum non proclamare, immo bonos fideles et legales vassallos dicti Egregii domini vice Comitis de Joch esse promisserunt et juraverunt: Et in signum possessionis dictarum decimarum censuum taschas reddituum et emolumentorum per manus dicti Michaelis Albo operarii sibi dicto Petro Collell dicto nomine dederunt tradiderunt, et liberarunt quedam pugna granorum scilicet frumenti, avene, ordei, fauorum et aliorum granorum et nummorum quæ pugna granorum et nummorum dictus Petrus Collell dicto nomine acceptavit et ac etiam laceravit in signum de pocessionis, quibus sic sequutis dictus Petrus Collell dicto nomine ad actum pocessionis jurisdictionis civilis et criminalis alti et Baxi mixti imperii devenienda, jussit francisco Vrader bajulo dicti loci et termini quod dictum baculum sive insigniam Bajuli sibi dicto nomine tradat et liberet, et ab omni jurisdictione se abstineat, et dictus Vrader parendo jussis, incontinenti dedit et liberavit dicto Petro Collell dicto nomine baculum et insigneam bajuli, et ab omni jurisdictione se abstinuit, item etiam dictus Petrus Collell dicto nomine omnes, et quascumque judices, bajulos, scribas nuntios curritores et alios quoscumque officiales et ministros in dicto loco, et termino, ac pro dictis jurisdictionibus in illis

qualitercumque exercendis aceterus Creatos electos et cons
titutos, Citra tamen notam Infamie notam reuocauit et pro
reuocatis habere voluit abdicans ab eis, et eorum quolibet
omnem et quamcumque aucthoritatem et potestatem eis
quomodolibet attributa, et alta et Intelligibili voce per mi-
chaelem Marti portarium Regium Gerunde habitatorem
Ibidem presentem publicare fecit quod Ipse dicto nomine
reuocauit et pro reuocatis habere voluit omnes officia
les presentis Curie, deinde Iussit et Mandauit dicto michaeli
Marti quatenus In platea publica dicti loci furcas planta
ret prout In Continenti eas plantauit, et In eis In signum
posessionis truncum Suspenderet prout Suspendit qui-
bus plantatis, et trunco Suspenso, dictus Petrus Collell
dicto nomine ense euaginato dictas furcas deplantauit
et ramos arborum Ibi existentium fregit, et Scindit
et per dictam plateam deambulauit, altaque et In
telligibili voce per dictum michaelem marti In dicta
platea Semel bis et ter vociferari fecit visca don
Anton de Bexa perrusa viladamany y de Cruilles,
quibus premissis omnibus Sic gestis, et Sequtis, pro totali
Complemento dicte posessionis et vt Iurisdictio predicta
exercere valeat dictus Petrus Collell dicto nomine Con
fidens &c. Gratis &c. eligit Creauit nominauit et deputauit
In Iudicem ordinarium Curie dicti loci et termini de
Castanij et Magnificum Hieronimum Colomer et Pasqual
V.I.D. Ciuem honoratum Gerunde In dicta Ciuitate
populatum licet absentem et Inferius aceptantem
Item In Bajulum Antonium Prats y Carbonell agricolam
dicti loci de Castanij et presentem et aceptantem Cui
dedit tradidit et liberauit baculum Siue Insignem
bajuli quod Seu quam dictus Antonius Prats y Carbo
nell accepit, Item In notarium et Scribam Curie dicti lo-
ci Jacobum nespla notarium Regium Gerunde In-
frascriptum tanquam regentem notariam et Scribaniam
publicas ville Castri, termini Ste Columbe de Farners presentem
et Inferius aceptantem Item In nuncium procuratorem
fiscalem et Curritorem publicum dicte Curie loci et ter-
mini michaelem marti portarium Regium Gerunde
habitatorem presentem et Inferius aceptantem, nec non
omnes et Singulos nuntios Curie Regie Gerunde presentes
et futuros, et quemlibet eorum Insolidum licet absentes

Dando et Conferendo eis et Cuilibet eorum Insolidum
quo ad exercicium Sui offitij respe. totam Illam talem
et tantam potestatem que qualis et quanta tam
de Jure Consuetudine quam alijs Similibus offitialibus
Solita est dari et attribui Mandans dicto nomine uni-
versis, et Singulis vassallis et habitatoribus In dicto loco
et termino de Castanijet prntibus et futuris quatts. ab
Inde Ipsos et non alios pro offitialibus predictis habe-
ant teneant honorificent et reputent Injungendo
eisdem et Cuilibet Illorum Insolidum quatts. antequam
In exercicio Suorum offitiorum Se Immisceant Jurent
prout dicti Antonius Prats y Carbonell bajulus Jacobus
nespla nots. et Scriba et michael Marti nuntius pro-
curator fiscalis et Curritor publicus prntes Incontinenti
Juraverunt ad dominum deum et ejus Santa quatuor
Evangelia In Manu et posse dicti Petri Collell dicto
nomine Corporaliter tacta Se In exercicio eorum respe.
offitiorum bene fideliter et legaliter habere. necnon
dictus Antonius Prats y Carbonell bajulus eidem Petro
Collell dicto nomine Sacramentum et homagium
fidelitatis prestitit Supra Constitutiones Cathe. et alia
Jura patrie et Cum Juramento largo modo et obliga-
tione bonorum Suorum &. que omnia et Singula Supra
dicta facta fuere In Signum vere realis Corporalis
et actualis Seu quasi adepte poscessionis In dicto no-
mine nemine Contradicente Imo dicto Petro Collell
dicto nomine protestante et dicente Se non Solum
re verum etiam animo et Corpore nomine dicti prin-
cipalis Sui predicta possidere et possidere velle
Et dicta universitate, et Singularibus personis quidem
alta et Intelligibili voce Sunt proclamante et di-
cente viscalo Egregi Sr. Don Anton de Pera perusa
vilade many y Cruzilles vescompte de Joch pert. r
y Baro del present lloch y terme de Castanijet, de
et Super quibus omnibus et Singulis premissis et In
quolibet premissorum actu dictus Petrus Collell dicto
nomine petijt et requisiuit hoc prnt publicum
Confici Instrum. quod fuit actum In dicto loco de

Castanij et die mense et anno et loco quibus supra &. pre-
sentibus me dicto Jacobo Nespla nott.º et pro testibus supe-
rius nominatis ad ista vocatis &.

GOBIERNO DE ARAGON

Posesio del lloch de Carañer

GOBIERNO DE ARAGÓN